



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens**

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

XII. De unico & summo bono quærendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Tempus prope est, ut paratos vos inveniam. Ecce prædixi vobis.

CAP. XII. De unico & summo bono quarendo.

*Psal. 34.*

Anima non quiescit nisi obtento summo bono:

**D**ic anima mea, Salus tuus ego sum.

O quàm nobilis es anima, quàm mira virtus in te latet: quæ quiescere non vales nisi summo adeptò bono, & ultimato invento fine! Quo cognito & invento, cessat motus tuus.

O bonum super omne bonum! Ô finis sine fine, quando fruar te sine modo, & sine fine! Multa hic invenio bona, sed quæ alterant, non quæ satiant.

*Luc. 10.*

Porro unum est necessarium. Hoc unum quæro, hoc unum desidero, Propter unum omnia, & ex uno omnia. Hæc si habuero, contentus ero: & nisi potitus fuero, semper fluctuo: quia multa me implere non possunt.

§ quali bono!

Quid hoc unum? Nescio dicere, desiderare me sentio, quo nihil

nihil  
nec  
N  
omnia  
Deu  
inhæ  
dico  
me&

2  
ma  
meli  
mult  
ex n  
C  
jung  
con  
C  
abe  
nur  
I  
in n  
lius  
cor  
bit  
qu  
vit  
&  
oc

nihil melius, me majus est, sed  
nec cogitari potest.

Non enim hoc unum inter omnia, sed unum super omnia est. Deus meus est, cui adhærere & inhærere, bonum mihi est. Huic dico, huic clamo: *Dic anima mea, Salus tua ego sum.*

*Psal. 34.*

2. Quid ultra concupiscis anima mea desiderio plena? Nonne melius est, ut uni adhæreas quàm multis. Ex uno multa, non unum ex multis.

Cessa multa quærere, uni te junge, uni adhære, in uno totum consistit.

Quærant alii multa & varia ab extra; tu quære unum internum bonum, & sufficit tibi.

Multi  
multa &  
varia  
quærunt;

Ecce alius villam quærit, alius in negotiationem suam vadit. Alius argentum & aurum multum congregat, alius voluptates amabit & honores.

*Luc. 14.*

Alius amicos & cognatos requirit, notos & affines libenter visitat.

Alius urbes & castella intrat, & varias mundi partes desiderio oculorum ductus lustrat.

Ff 5

Alius

Alius sapientiam, alius potentiam, alius magisterium, alius regale aut principale petit obsequium. Et in hunc modum alius hoc, alius illud, sive in seculari sive in spirituali statu requirit.

**Pauci unum, in quo tamē omnia:**

Pauci unum, & propter unum, pure & simpliciter quærunt. Ideoque nec stabilem pacem inveniunt, nec internam gratiam sapiunt.

Quicumque enim sunt Christi, non temporalia, non terrena quærunt, tanquam tunc magni & gloriosi essent, si his omnibus abundarent.

3. Non ergo ad te pertinent, qui ista quærunt, o anima devota: Profecto nihil.

Detestor hæc omnia: quia unum est bonum meum, unum diligo, unum requiro: & ipsum melius mihi est, quam omnia bona infra vel supra.

**Quo habito, facile est carere cæteris.**

Si tantum bonum invenisti, hortor te & suadeo tibi, custodi & tene, pro quo omnia contempsisti. Nam illud habendo, cæteris carere non erit onerosum, imo pro ipso lucrando, omnia da-

re

re &  
diffi

4.

mea

nens

vivis

tatis

plen

test.

E

cum

enir

te se

& f

I

sem

ut h

cur

vit

ne

ne

lu

te

m

pl

ce

&

v

&

v

re & pati debere, judicabis rectissime dignum.

4. Quære ergo nunc anima mea, tam singulare & supereminens bonum, Quamdiu in carne vivis, quærere ne cesses, quia nec satis inveniri potest, quod ad plenum comprehendi non potest.

Erit autem finis quærendi, cum venerit hora fruendi. Tunc enim erit omnia in omnibus, ipse solus unus, sufficiens omnibus & singulis.

Et si ibi adhuc quæritur, ubi semper invenitur; non tamen, sicut hic, cum labore, sed summo cum gaudio & amore.

Qualis autem sit piis in hac vita, multis docetur nominibus, nec ignoratur ab expertis.

Adverte tamen aliquantulum (experientia magistrâ juvante) quæ sint divinæ pietatis nomina. Pauca tibi expono: sed plura atque sacratiora ejus doceat gratia.

Ecce, sponsus est amantibus, & qui adhuc in timore ei serviunt, metuendus Dominus.

Varia divinæ pietatis nomina.

Pater est bonis filiis, malevolis autem districtus iudex.

Infirmis est medicus, & sanis solidus cibus.

Doctor est ignorantibus, & obtemperantibus sibi salus æterna.

Via est incipientibus, veritas proficientibus, & vita perfectis.

Spes est pœnitentibus, & iustus consolator optimus.

Gloria est humilium, & pœna superbiorum.

Lux est in tenebris, & lucerna in noctibus.

Dat medelam ægris mentibus, & vinum lætitiæ multum tristibus.

Stat cum pugnantibus, ambulat cum proficientibus, currit cum ferventibus, volat cum contemptantibus.

Adest orantibus, loquitur cum legentibus, quiescit cum meditantibus.

Opera  
Dei irre-  
prehensi-  
bilia.

¶ In omnibus his opetatur unus atque idem Deus, apparens singulis prout vult; & non est reprehensio in sermone ejus, neque investigatio operum ejus.

Magna

Magna sunt enim & inscrutabilia iudicia ejus, & nemo dicere potest, Cur ita facis? & quare hunc magis quàm illum eligis?

Stulta est hominis interrogatio adversus omnipotentem, & omnis adinventio filiorum Adam vanitas & nihilum.

6. Quomodo placent tibi hæc, & qualiter sapit tibi Deus?

Bene sapit mihi, & opera ejus non possunt mihi displicere. Justus est, & quis potest eum arguere de injustitia?

Qui enim hoc fecerit, contrarium se illi constituit, & arguetur ab irreprehensibili lumine ejus.

Sed hæc quæ audisti, quid sunt in conspectu ejus? Vix scintilla modica est, ab eo quod intrinsecus latet.

Quæris, quid istud? Dico: Nescio quid est, sed est totum supra me, & quasi inaccessibleis quædam caligo, cujus principium sicut & finis ignoratur.

Sit proinde potior meditatio tua & affectus frequentior, circa humilia vestigia Jesu; & noli ad

Incipientibus magis convenit meditatio humanitatis Christi, quàm divinitatis, Pro v. 25.

alta cito conscendere, ne opprimaris à gloria.

Verum, quia amor intensus interdum obliviscitur reverentiæ & timoris, tolerandum est; si aliquando de dilecto suo amans intente inflammatur; ut quærat, non solum qualiter parvulus natus in præsepio vagiat, aut in patibulo crucifixus pendeat: sed qualiter gloriosus in cælo regnet, & cuncta sub cælo mirabiliter disponat.

*Matt. 6.* 7. Libenter sequor te amande Jesu in terris, sed multo libentius sequerer ad cælos.

Ubi est thesaurus meus, ibi erit & cor meum. Thesaurus meus tu es, charior omni creatura, qui es ad dexteram Patris. Pro me incarnatus, pro me elevatus. Exemplum mihi reliquisti in terris, præmium te servas in cælis.

*Psal. 26.* Ad te igitur oculi mei; post te omnes gressus mei ibunt. *Tibi dicit cor meum, exquiris te facies mea, faciem tuam Domine iugiter requiram.*

*Iob. 12.* Ulquequo Domine visio gloriæ tuæ? *Quare faciem tuam abscon-*

scanda  
tum  
fertu  
& re  
meus  
mabi  
V  
nesci  
ter q  
ces g  
quia  
quo  
8  
inci  
mih  
Nifi  
nem  
que  
S  
stin  
nec  
que  
num  
ro,  
ego  
ra,  
&  
re



condis, arbitraris me inimicum tuum? Scis utique, quia tamdiu fertur hinc inde animus, trahitur & retrahitur in diversa affectus meus, donec tibi tanquam suo amabili jungatur in cœlis.

Vis etenim amoris quiescere nescit: sed de suo amato incessanter quærit, nuncios emittit, preces geminat: sed nec sic dimittit, quia amor omnino possidere vult quod concupiscit.

Amor  
moræ &  
quietis  
impatiens.

8. Trahe ergo me, ut currere incipiam ferventer post te. Opus mihi est tractu, & magno tractu. Nisi enim traxeris, nemo venit, nemo sequitur; quia ad se quisque curvatur.

Dilectum  
sequi non  
possumus  
nisi tracti  
gratia.

Si trahis, ecce venio; ecce festino, curro, serveo. Sin autem, nec curro, nec quæro; vix est, quod sequi desidero. Sed si manum dederis, tanto celerius curro, quanto fortius traxeris.

Vox Dilecti mei trahentis: Et ego cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.

Ioan. 12.

JESU bone, trahe me post te, & non solum ego, sed omnes curremus in odore unguentorum tuorum.

Cant. 1.

*rum.* Primum itaque trahere me post te, deinde sequantur alii viso exemplo bonæ vitæ.

At ne superbire possemus, bonum est nobis hoc simul sentire, quia non in viribus nostris, sed in odore unguentorum tuorum currere cœpimus.

9. Hic est tractus divinus, sine quo proficit nullus: sed nec incipit aliquis, sicut itidem dixisti: *Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum.*

*Ioan. 6.*

Quem ergo trahit Pater, utique sequitur te, & deserit se. Bene tractus videbatur, qui dicebat: *Magister, sequar te quocumque ieris.*

*Matt. 8.*

Sed non est omnium sic ad te affici: nec parvæ est animæ, tam paratè ad omnia te sequi.

**Propter  
Iesum de-  
serenda  
omnia.**

10. Quid tibi obest anima mea, quod propter IESUM non deseris omnia? Quare tam invite separaris à vanis & perituris? Quid juvant hæc visa?

Ecce cùm per res mortales & visibiles creaturas pergis, volens in eis contentari, perdis meliora.

A sum-

A summo bono te dividis, cum hoc agis; & à vera, ac beata, æternaque vita te avertis. Idcirco misera & infelix manebis, plena doloribus & anxietatibus.

Quocumque enim te vertere disponis, dolores semper invenies & tædia multa, nisi fueris iterum ad Creatorem conversa; quia ipse est pax tua, & requies secura.

Extra eum  
omnia  
plena do-  
loribus &  
miseriis.

Verum, si in terrenis minime feceris moram, nec pedem in limo fixeris; sed potius consideraveris, & venerata fueris in speculo creaturarum, non imaginem quæ transit, sed eum cujus est hæc imago & superscriptio, beataeris & non morieris.

Cum enim cuncta visibilia non ad fruendum quæris, sed ad benedicendum Creatoris tui nomen aspicias, fabricando tibi ex summis & imis operibus ejus scalam quandam, cui innitaris ad sursum pergendum; liberaberis utique à seculi visco pessimo, & tuo desiderato fini satis intime copulaberis, qui est super omnia

Creaturæ  
nobis  
scalæ sine  
d. Crea-  
torem.

nia

448 SOLILOQUIUM  
nia Deus benedictus in secula.  
Amen.

CAP. XIII, *De unione anima  
cum Deo, & de subtractio-  
ne gratia.*

*Psal. 62.*

**A**dhæsit anima mea post te.  
Deus meus consolator  
verus, tu scis, quia non tædet me  
tui: sed quotidie libet tibi in se-  
creto meo loqui.

Sed ubi te quæram, si forte ad  
horam perdidero? Quis me per-  
ducet ad te?

Tu super omnia Deus, & ego  
inter ista inferiora homo pau-  
perculus. Tu in cælo, & ego in  
mundo. Tu solus altissimus, ego  
verò mendicus sum & pauper.

**Anima**  
etiam hic  
cum Deo  
uniri po-  
test,

Quis mensus est distantiam  
cæli & terræ? Hæc valde di-  
stant, sed tu longius à me.

Quis ergo me tibi adunabit?  
Aut tu facies, aut nullus pote-  
rit. Verumtamen si vis, fiet utique  
celeriter.

Tu autem nosti, quia cadere  
mihi proclivius ex me est, abs te  
vero stare donatur & proficere.

Ideo-